



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Indulgentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

INDVLGENTIA. 393

municatio incurſa, ante denunciationem eſt Episcopalis, & poſt denunciationem eſt Papalis. c. 17. num. 100. vide etiam tit. Excommunicatio VI. §. II. lit. Z.

INCERTA, vide tit. Reſtitutio X.

INCESTVS, vide Luxuria: & quatenus impedit matrimonium. vide Matrimonium X. §. IIII.

INDVLGENTIA.

VT RVM indulgentia comprehendat pœnitentiam iniunctam cap. 26. num. 19. ubi remittit ſe auctor ad §. in Leuitico de pœnit. diſt. 1. notab. II. num. 12. quo in loco dicit quòd Indulgentia abſolute conſeſſa A comprehendit pœnitentiam iniunctam, & non iniunctam. At verò indulgentia, quæ expreſſe datur de iniunctis non ſe extendit ad non iniunctam, ſiue concedatur à Papa, ſiue ab alio: ſiue ſit plenaria, ſiue non. Indulgentia conferri poteſt alienato mentis iudicio. Poteſt etiam concedi extra confeſſionem. cap. 26. num. 27.

Infirmus, qui in aliqua infirmitate vſus eſt indulgentia bullæ conſeſſa pro articulo mortis, non poteſt eadem vti in alia infirmitate, niſi id explicet bulla. num. 31.

Bb § Cate

Catechumenus potest lucrari indulgentias. cap. 27. num. 13.

Concessio indulgentiæ non habet verba determinata. cap. 26. num. 30.

**INFAMIA.** Infamatus conuersando familiariter cum Infamatore videtur ei iniuriam remittere, non tamen obligationem restituendi famam. cap. 18. num. 46. Vide fama.

**INFAMIS,** est excommunicatus, si excommunicatio sit manifesta, & lata ob causam afferentem infamiam iuris, vel ob contumaciam in causa inurente infamiam. cap. 27. num. 21.

An infamis possit ordinari, vide Irregularitas. 3. pag. 333.

---

*INFIDELIS, ET  
Infidelitas.*

**A** **INFIDELIS** positius dicitur *omnis, qui post fidem, & Euangely prædicationem satis sibi notificatam, non vult credere, & peccat mortaliter peccatum infidelitatis, per quod damnatur.* Infidelis verò negatiue dicitur, *qui non credit, eo quòd non est sibi satis notificata fides, qui licet non peccet non credendo, nec damnatur ob hoc, damnabitur tamen ob alia peccata.*